

ciaret Demaratus, ad risum Xerxes versus, solutio cachino. Ex exitu scivit virtutem superare vanitatem, & adventum ejus in Graciam in hostium celsisse gloriam. Herodotus lib. 8. n. 13. subdit: A trajectu Hellepontis, ex quo iter ingredi capere Barbari, unum mensum trivere transeundo in Europam; tres alios, dum in Atticam pervenere. Alij aliter, ut suis in diebus videbimus.

DIES XIX. MARTIJ.

XIV. K.

1 Grad. 29. Piscium, in quo Aquilo serenus spirat. Ptolom. Praecedens cornu Arietis mane oritur. Jundin. K. A. Pifcis magnus in fisco. Sphaer. Arab. Mundi secunda dies, in quo Deus fecit Firmamentum (id est, collocavit aërem, cujus sphaera cum interstitijs (quia super nos est) in Scriptura vocatur Caelum) in medio aquarum; & divisit aquas ab aquis: ab his quae super caelum sunt (hoc est, aëra) illas, quae mare formant. Genes. 1. à 6. Quare quod hoc die perfectum, non dicatur a Domino benedictum; apud PP. invenies. Errant, qui dicunt hoc die damnatos fuisse Demones, & infernum fuisse factum.

2 Abhinc ann. 2318. (juxta Salian. & Briet.) hac in die moritur Isaac. Eurych. Annal. Alexandr. In illo Abrahæ duntaxat vocatum semen. Fuit vir Deo charus, & magnâ providentiâ dignus ab eo habitus post Abraham: ait Joseph. 1. Antiquit. cap. 20. Surrexisset cum Christo, ait Pineda in Job. 19. 25. & Alapid. in Math. 27. ex eo quod dicat Paulus: Fide Abraham obtulit Isaac; arbitrans, quia à mortuis suscitare potens est Deus; unde eum in parabolam (id est, in resurrectionis signum) accepit. Eum sepelierunt Jacob & Esau in spelunca duplici (de qua Hieronymus in Loc. Hebr. Saligniac. Tom. 10. cap. 5. Brocard. Itiner. 6. & Adrichom. in Juda, n. 100.) divisisque inter se bonis paternis; Esau processit in Seir montana, & Jacob mansit in Hebron. Genes. 35. 28.

3 Joseph Patriarcha ingreditur in Aegyptum. Reusner. Fallitur. A morte Isaac anno uno, eodem die exaltatur Joseph Pharaonis vicarius super cunctam terram Aegypti. Briet. d. Alter Rabbini in Seder-Olam, cap. 2. Joseph (ajunt) exit e carcere: eo tempore obiit Isaac. Post duos annos carceris, & uno à vaticinio ministrorum Pharaonis (de quo Briet. Ann. 2319. & nos, 27. Martij, à n. 1.) cum inventus esset verus somniorum conjector; educitur e carcere ad imperium

Pharaonis: tunc Regi exponit somnij mysterium, & illa hora pompa solemnî exaltatur. Beyerlinck. Modus & ordo, munusque in exaltatione promittitur: Dixit Pharaon ad Joseph: Ecce constitui te super universam terram Aegypti: tulitque annulum de manu sua, & dedit eum in manu ejus, vestivitque eum stolâ bisinâ, & collo torquem auream circumposuit, fecitque eum ascendere super currum suum secundum, clamante pracone; ut omnes coram eo genuflecterent, & praeposuit esse sicut universa terra Aegypti: vertitque nomen ejus, & vocavit eum lingua Aegyptiâ, salvatorem mundi. Genes. 41. à 41. Grefser. lib. 4. de cruce, cap. 9. & Silvest. à Petra-Sanct. lib. 3. Heroic. Symbol. cap. 7. astruunt, in annulo quem Joseph tunc tradidit Pharaon, crucis figuram sculptam fuisse, & argumentum supremæ potestatis. De hac & alijs Crucis figuris apud Aegyptios, fusè tractat Kircher. quem videlicet, Prodrom. Copt. cap. 8. In Obelisc. Pamphil. lib. 4. Hierogrammatism. 20. in Oedip. Aegypt. Tom. 2. p. 2. Class. 10. cap. 4. & Tom. 3. Syntagm. 5. cap. 4. Ipse ab Ethnicis dictus Serapis (de quo 25. Septembr.) in cuius imagine insculpta figura Crucis, quam inter Chineses characteres numerari; asserit idem ibid. in Theatr. Hieroglyph. cap. 2. Vide dicta, Tom. 6. T. 1. à n. 45. Olim civitas vocabatur Misraim à primis habitatoribus. Tota civitas modo vastata est, retinet tamen murorum atque domorum vestigia multa, visendaque praebet thesaurorum & horreorum Joseph monumenta non pauca. In eodem etiam loco artificiosissima columna est, magica ex arte extructa, cui nulla similis totâ visitur terra. Horrea quoque illa calce & lapidibus constant opere firmissimo. Extra urbis ambitum Synagoga est Moysis Doctoris nostri, antiqui operis, quam adhuc existantem senex quidam minister colit, vocatus custodia pater.

4 A Josephi exaltatione (futurâ filiorum Israël) devolutis 225. annis, hac ipsâ die, his persistentibus in deserto Etham, fuit dies quinta solemnitatis Azymorum. Tunc illos explorantibus Aegyptijs (missis à Pharaone Cenchre quasi velites) hic cogitavit interceptos à mari Rubro, & posse totò jugulare, restaurareque prædam; quoniam Hebraei spoliaverant Aegyptum. Seder-Olam, cap. 5. & Leonard. Mar. in K. Judaic. ex Exod. 12. à 35. Hac in die, filios Israël Mare transisse, autumat Adrichom. in Chronic. Fallitur. Videbimus, die 21. n. 6. A Reuclin. ex 4. Reg. 6. à 8. post decursu annor. 555. calculo Saliani, hac in die circumdatus Eliseus ab exercitu Syrorum in Dothaim, ut

Dies orbis secundus.

Hac obiit.

Exaltatur Joseph à Pharaone.

Annulus Joseph cum crucis figura.

Dixit ab Etham de Serapis.

Horrea Joseph, Synagoga Moysis & columna magica.

Transitus Maris Rubri.

Eliseus civitate Syrorum percutit.

Tobias junior pervenit in Haran.

M. Crassus necis, & Juliani Apostatae.

Herodes Hyrcanus II. tollit.

caperetur, quia consilia & insidias Regis eorum revelabat Regi Samariae; cunctum exercitum aorasiâ percussit, qua perduxit in Samariam: at prohibuit carnificinam, & stragem meditatam à Rege Israel; jusitque cibo ac potu refectos remitti in Syriam, ad Benadaa, qui miserat.

5 Eodem die post annum 196. Tobias junior ductus, sub forma juvenis, à Raphael, e domo patris, pervenit in Arim, seu Carran. Serat. in Tobie, 11. quæstionum. 4. Olim dicebatur Haran, ex qua vocatus Abraham in Chanaan: Genes. 11. 31. Post Charrâ dicta est, ubi cum toto Romano exercitu cæsus M. Crassus à Parthis, propter sacrilegia, rapinas & audaciam ingressus in Sancta-Sanctorum (de quo, 18. Martij, à n. 5.) & eandem cladem posterioribus temporibus passus blasphemus, Julianus Apostata; cuius vita telo cœlestis erepta, 26. Jun. Ann. Christ. 363. Briet. ibid. & Petav. cum multis alijs, 1. p. Ration. tempor. lib. 5. cap. 5. Charras ergo erat civitas famosa inter Niniven & Rages, ita in Meopotamia: ex qua postmodum profecti, die 30. pervenerunt in Rages; ut dicitur, n. 4. ibid.

6 Anno abhinc 24. cum victus ad Actium navali pugna Marc. Antonius, fugisset Alexandriam, ubi mortem sibi concivit (uti dicitur, 2. Septembr. à n. 14.) qui Herodem Judææ Regem constituerat, & relictis ejus decretis à Senatu, hostis declaratus fuit: de suis rebus desperavit Herodes cum suis: equidem sciebat ejus cum M. Antonio non ignorare Cæsarem amicitiam. Herodes ergo, fortunæ mancipium, sibi in re dubia vigilantè consuluit, & de periculo cavit; decernens adorare, quem supra mortales omnes tanta evexerat victoria. Unde secum cogitans rerum mutationem, & se posse è regno deturbari irâ Cæsaris, maximè vivente Hyrcano, qui Rex fuerat, & pro illo sine jure à Marc. Antonio fuerat depositus (de quo 25. April. n. 9.) decrevit de medio tollere, etsi octogesimo annu excederat; ne ullus occurreret obex. Joseph. 15. Antiquit. cap. 9. Genebrard. Ann. 4014. & Torniell. 4023. n. 4. Ut cogitavit, perfecit. Summâ honoris specie susceptus, quo insidiarum velamen obtenderetur; haud multo post, efficto crimine, quod potestatem vellet repetere, interemptus est. Egesipp. 2. Excid. cap. 13. Quæ Herodes in hoccine facinus commentus est; refert Joseph. lib. 15. cit. cap. 9. & Salianus, cum Brietio, Ann. 4024.

7 Serò sapuit senex Hyrcanus, cui vel hostes Parthi (à quo captus & Babyloniam abductus) indolis prælagi, prædixere: igitur nihil anxius cupiebat Herodes, quam eum

ut tolleretur, in suam habere potestatem: quapropter simulanter, velo amoris, quali Hyrcani desiderio, multa munera misit Phraati, Regi Parthorum, ut remitteret in Judæam; & prout erat petentis votum (jam Rex, & avaris propter ductam Mariamnem) gratiam referre viro, de se egregie toties atque præclarè merito. In Babylonia (tamest primo ludibrio) honore magno habitus à Rege propter claritatem generis; unde vinculis solutum concessit quietè vivere: quò namque cum ibi magna esset Judæorum frequentia; non aliter, quam Pontifici & Regi honor à cunctis deferabatur. Hic licet ita in captivitate felix, sciens nuptias Mariamnes, neptis cum Herode, & hunc Regem factum; cognatos & patriam amans, ac sperans feliciorè vitam, apud quem à morte servaverat (vel contradicente Sanhedrim) & in quo tot profutissimè deposuerat beneficia; decrevit ad Herodem profectorem; valedictis, qui dicebant Herodem vulpem, & quantumvis apparet probi, mores cum fortuna mutari. Noluit Hyrcanus acquiescere, quippe in Herode tantam ingratitudinem haudquaquam excogitavit. At luit consilij sprete poenas, parum cautus. Ultra in suis cogitationibus malignis processit Herodes de mutatione sollicitus, & imperij anxius: quandoquidem jusit suos, quòd siquid repulsa Cæsaris in eum adversum decerneretur; tam uxorem Mariamnem, quam matrem ejus Alexandram jugularent. Joseph. lib. 15. d. cap. 2. & 9. Egesipp. d. cap. 9. & Salian. cum Brietio, quò supr.

8 Ita ergo Herodes processit Rhodum, quò illo tempore Cæsar morabatur; sed sine diademate, regni insigni; igitur vel in ingressu ad pedes ejus deposuit; exposuitque simul, quid ob gratum animum in Antonium fecisset, & quam ei fidem servasset; eam profectò servaturus Cæsari, quem sibi Fortuna præfecit. Oblatus hac libertate Octavius, ei capiti libenter reposuit diademata, eum fovens, & enixè commendans, eandem sibi servare fidem, quam habuerat Antonio. Itaque Herodes acceptus Octavio, ejusque amicis, cum laude & sceptro remissus, in Judæam redijt majori gloriâ, quam formidine percussus excesserat. Decimono Nisan iterum Rex factus, ingressus est Hierosolymam. Reuclin. Totam historiam fusè refert Joseph. d. cap. 10-11. de Bell. cap. 15. Egesipp. d. cap. 33. & 34. Petr. Comest. in 2. Mach. cap. 24. & Petav. 1. p. Ration. temp. lib. 4. cap. ult. Post in Aegypti expeditionem præter expensas in exercitum, & munera Romanorum

Dolo abduxit à Babylone.

Iterum Rex factus, confusus ab Octaviano.

Herodes Rex factus, confusus ab Octaviano.



Ducibus, Octavianum donavit octingentis argenti talentis. Idem ibid.

9 Anno Asertoris N. 33. historia seu parabola Publicani & Pharifai, in Sanctuarium ascendentium. Gisland. ex Luc. 18. Ante sex dies ult. Paschatis, venit Jesus Bethaniam, & die postero, scilicet Sabbato, in domo Simonis leprosi cenat cum Lazaro, Martha ministrante, qua in functione Magdalene libram unguenti nardi super ejus caput effudit, quod aegre tulit Iscariotes. Castell. & Alapid. Chronot. n. 60. A prius hic, quam in Joann. 12. 1. ubi pro diebus distinctis numerat Dominicam & Feriam primam. Unde irrita computatio. Illo die cogitaverunt Pontifices interficere Lazarum. Gisland. Longe adest Reufner. signans hodie a fororibus missum Christo nuncium de infirmitate Lazari. Arbitratur 3. April. mortem Christi. Hoc die (ait Usuardus) Virgo Maria fuit desponsata Josepho: egimus ex pluribus, 24. Januar. n. 9. Sponsus etiam hoc die a vita discessit. Petr. Equilin. Baron. Martyrolog. Roman. etfi Graeci in Menolog. ad 26. Decembr. Ejus sepulchrum in Valle Josaphat, prope sepulchrum Simeonis Senis. Beda, de Locis sanct. cap. 6. & Adrichomius, in Jerusalem, n. 198. Lectio hodierna Judaeorum in Synagoga erat ex cap. 12. Levitic. a v. 1. usque ad 14. 1. & 2. Reg. 4. 42. usque in 5. 20. Lamy.

Christi gesta.

Quinquatria Majora.

Unde Quinquatria?

10 Romae ex Kalendar. Veter. Quinquatria: Minervae natalis: Minervale magistris solvebatur. Idem apud Rosin. & Gyrard. Reufnerus in Diar. inquit: Quinquatria priora ob Minervae natalem: hic nefas gladiari. Alia quinquatria Minora, de quibus, 13. Jun. & originem exposuimus, 13. Januar. n. 3. Haec dicebantur Majora; quia pompa Jovis equestri ordine, ob natalem Minervae, quod quinquatrijs celebrabatur. Die undevigesimo equester ordo pariter Jovi solemniter prodibat cum pompa. Alexand. Neapolit. 3. cap. 19. Quinquatria dicebantur vel quia sacra diebus quinque peragebantur, vel quia quinto die post Idus. Ita conciliantur Varro, 4. de Ling. Latin. & Festus lib. 15. Ovid. 3. Fastor, v. 803. accinit:

Fiunt cum sacra Minervae, Nomina quae a junctis quinque diebus habent.

Astipulantur hic Constantius & Marfus, Rosin. 4. cap. 7. & Elias Vinet. in Edyl. 26. Aufon. v. 4. Gelliusque lib. 2. cap. 21. & Gyrard. Synagm. 17. n. 35. Hoc festum originem duxisse a raptu Sabinarum, dicit Hospinianus; sed fallitur: Minervae igitur dicata dies;

quia ejus imago hoc die collocata in templo Aventino in monte sito; cujus simulacrum aureum erat. Unde sub Nerone, ait Tacit. 14. Annal. cap. 12. Decernuntur supplicationes apud omnia pulvinaria, utque quinquatrijs ludis annuis celebrarentur: aurum Minervae simulacrum in curia, & juxta Principis imago statuere.

Et in 1. noverca 11. nerva?

11 In his diebus (inquit ex Porphyrio, Constant. d.) ludis insatiabiliter utebantur. Hoc est, omnium puerilium ludorum his in diebus facultas concedebatur; quos numerat Jul. Caesar Bulenger libell. de Ludis veterum, ex quibus aliquot illis permanent usque in praesens, uti vernacule verum. Erat Throcius, & Turbo. Nostrates: Peon. Erat Marturum, seu Lapillorum. Hispan. Chinas. Etiam Capitis, aut Navis: Castillo y Leon. Florebat Artiasinus: Pares y Nonos. Ludus quoque digitorum micantium: Morro. Castelli Nucum: de quo fuses Ovid. Eleg. de Nuce. Etiam utebantur Spheromachia: Pelota. Oscillatione: Colampio. Magni habebatur Omilla Oyo vel Ocho. Dielystinda: Moros y Christianos. Churinda quoque: La gallina ciega, quem ludum etiam dicebant, Muscam aeneam. Ritus erat ex Acinetinda: Nos, Pipiricojo. Numeratur Ostracinda: Nostratibus, La rayuela. Utebantur pariter Ratapygismo: Los Batanes. Cindalijmo: Los pabillos. Scaria simul: Papirote. Colabisimo: Adivina quien te dio. Contobonobolo: Eslafermo. Cubeinda: A la Silla de la Reyna. Ebedrisimo: La calva. Foramine domne: Bolinche. Alea: Dados. Sic alij ludi, uti de casulis extruendis & de equitando in arundine. Deus nobis haec otia dedit, sed non in otium. Apud Bulengerum loc. praefat. astructi, memorati ludi videntur auctoritate Pollucis, Eustachij, plurimumque Vatum; uti Horatij, 2. Epist. ult. v. 197.

Ludi puerorum.

12 Aliam ludorum in Quinquatrijs affert Joseph Laurent. Lucensis. Non enim in honorem Minervae arbitratu haec cine: sacra; sed quia maria aperta. Ex Aegyptijs panegyrim istam (inquit Polymantia, Panathenea 1. cap. 2.) tempore verno tanta cum pompa concelebratam, cum Maria aperuntur Graeci & Romani imitati. Illi Panathenea, hi Quinquatria dixerunt; quippe Minervae sacra, sic dicta Minerva & quinque diebus, quibus solita celebrari: nam primo sacrificia peracta lego. Secundo, tertio, quarto, gladiatorum spectacula edita; quinto, Urbis lustrationem factam; idque festum triduo ante aequinoctium vernali contingebat. Quintus hic dies Hilarijs sacer (errat, eo quod die 25.) ita dictus a maxima populi laetitia, & pompa, lu-

Panathenea

Sacra quia Maria aperta.

ludis, spectaculis & epulis referta: quae si publica, ob Regis inaugurationem, vel triumphum facta; si annua, ob colum & mare apertum celebrata. Fallitur Lucensis, in die primo sacrificia signando; cum ex Ovidio contrarium constet: ubi supr. v. 805. succinit:

Ovid. Sanguine prima vacat, nec fas concurrere ferro; Causa, quod est illa nata Minerva die.

13 De ludis liquet ex Sueton. in August. cap. 71. ubi: Quinquatrijs satis jucunde egimus. Lufimus enim per omnes dies, & forum aleatorum calefecimus, &c. Propter Minervae celebritatem hoc in die Athenienses navem mittebant in Delum, quam Navem salutis appellabant (de qua, 28. Februar. 24.) inquit ibid. Lucensis: at ludit. Omnino voluntarium, cum mitteretur, 24. Maij, uti videbimus. Post natalem, ut ita dicam navigationis (inquit Vegetius, de Re militar. cap. 3.) solemnem certamine; publicoque spectaculo multarum gentium quinquatrijs celebratur. Male cessit festum cuidam praestigiatori. Cum Pompejus Rufus (refert Aelian. 9. de Histor. Animal. cap. 62.) Romae edilicium munus obiret quinquatrijs, vel Panathenaeo festo, ut solet in Romano foro fieri; circulator (alijs permultis, qui eandem quam is ipse artem facerent, circumstantibus) ad suam ipsius ostentandam sapientiam, simulque ex artificio suo specimen dandum; aspitem ad brachium admovit, & ex improvise morsu malum exiit. Quam postea aquam quam ipse preparaverat sibi, non absorbuisset, eo quod ea esset subducta (ex insidijs nimirum vas fuerat eversum) veneno non exhausto neque absterfo; post sine doloris sensu, sensum & pedentim pernicie veneni illapsa (postquam ejus os & gingiva extabuisse) vita privatus est.

Navis Saluis.

Circulator veneno aspris hausto, sine aqua moritur.

Quinquatria translata.

Vesania Domitiani.

14 Ex Aventino monte (ubi aedes Minervae hoc in die consecrata fuerat, ut ait Fest. Pompejus, d. & unde quinquatria) a Domitiano imperante translata sunt in Albanum montem: id est, in Tusculanum, ad arcem in Albani radicibus sitam; uti observat Schildius in Sueton. qui in Domitian. vit. cap. 4. scribit: Celebrabat & in Albano quotannis quinquatria Minervae, cui collegium instituerat; ex quo sorte ducti magisterio sungenentur, ederentque eximias venationes, & scenicos ludos, superque Oratorum ac Poetarum certamina: atque inter spectacula muneris dedit largissimum epulum. Ejusmodi quinquatrium amplitudinem instituit, quia Minervae filius dici ac credi voluit, cunctaque agere Minervae consilio. Schil. quod dudum. Plurimi Minervae hujusmodi sacra ac solemnitates duxit. Minervam quam superstitiose colebat (subdit Sueton. d. cap. 15.) somnia vit excedere sacrario: negantem ultra se iucuri posse, quod exarmata esset a Jove. De apparatu & luxu Quinquatrium hujus Calvi Neronis; Juvenal. Saryr. 10. a v. 115.

15 Festa sane Minervae, sed festivitatum diversae causae; quas refert Ovidius, d. a v. 829.

Caelius ex alto qui mons descendit in equum, Hic ubi non plane est, sed prope plana vias Parva licet videas Capta delubra Minervae, Quae Dea natali caput habere suo. Nominis in dubio causa est: capitale vocamus Ingenium solers: ingeniosa Dea est. Aut quia de capitis ferrur sine matre paterni Vertice cum clypeo profuisse suo. Aut quia perdomitis ad nos captiva Phaliscis Venit.

Ovid.

Minervae Capta.

Ei quare?

In claritatem videtur a Vate signari, in Coelio monte erectum templum Minervae sub titulo Captae; eodem die quo eundem Divae natale celebrabatur. Cur ergo dicta Capta, problematicè divinat Ovidius, uti vidimus. Constant. d. vatem sequens, Captae Minervam dicit, quia ejus simulacrum captis Phaliscis, Romam advectum. Quando, non dicitur ab AA. sicut cives capti, ita Palladis proprie capta; quippe illius haud auditis consensus, sicut Junonis Regina, e Veijs Romam translatae; de quo, 16. Februar. a n. ro. Nihil horum utique arridet, etfi divinando Ovidius exponat. Sciendum est, in Sacris & ad Sacra Captae dici, quod jure & rite rectè Dijs dicatum. Unde Festus Pomp. lib. 3. inquit: Captus locus dicitur, ad sacrificandam legitime constituitur. Elucet perspicuo qua causa Capta dicta Minerva. Capta, quia imago ejus locata in templo Coelii montis, in loco augurato, legitime constituto, consecrato a Pontificibus, & auctoritate Senatus; quod quidem factum eo die, quo celebrabatur natalis Minervae. Non novum Romae. Per augures destinatum locum in templum Capitolinum, refert Halicarnass. 4. Antiq. Roman. n. 47. Etiam ritus in sacrandis virginibus Vestae, quae capiebantur, nec minores sex, nec majores decem annis; dicebanturque captae; quia prima fuit capta a Numa. Aul. Gell. lib. 1. cap. 12. Virgines Vestales institutae a Romulo; sed ut caperentur, inventum a Numa. Plutarch. in utroque.

Virgines Vestales capiebantur.

16 Hi dies dicebantur quinquatria, quia diebus quinque celebrabantur sacra Minervae, & in die primo ejus natalis: equidem



Natalis Minervae e Jovis capite.

dem cum Juno sine viro tactu florum habuit Martem, haud aliter Jupiter sine foemina voluit habere filiam. In hujusmodi votum totus erat Jovis conatus, ne a foro- re conjuge vinceretur: votoque potitus, sed nescius. Hic quia audivit a Temide fatidica, filium ei e prima uxore Meti, illo potentio- rem nasciturum (Jupiter tunc nesciebat futura, quamvis Numinum Rector; Opti- mus, non Maximus. Illi idem accidit, dum Thetidem adamavit, a periculo retracto Promethei optabili vaticinio; de quo Aes- chyl. & Lucian. in Prometheus) ut tunc Ju- piter Saturnum patrem eiecerat e caeli fo- lio, similiter ille a filio valentiore pellere- tur in infernum. Oraculum percussit, im- mo pupugit, anceps haesit, & gravidam Metim, sicut Saturnus lapides, voraciter de- glutivit.

Metis de- glutita a Jo- ve.

Hesiod.

Uxorem primam Metim sibi Jupiter edit: Canit in Theogon. Hesiodus: & Joann. Dia- con. apud Natal. Comit. 2. Mytholog. cap. 1. Duxit in uxorem Metim, quam cum gravidam fe- cisset & deglutivit, ne quis alius Deorum audax & fatuus nasceretur ex ea. Hic etiam fuit Gno- sticorum error, ut scribit adversus eos Epi- phan. Haeres. 26. n. 16. A Poetis Metim (infit) suam absorbens introductus est Jupiter. Nemo porro infantem absorbeat; quemadmodum Sanctus Clemens ait, cum Deorum, qui a Graecis coluntur, turpitudi- nem deridet: quod enim devorasse Metim dicitur; non de infante ullo, sed de proprio semine par est intel- ligi. Idem cogitat Gyrard. Syntagm. 1. n. 1. Pen- de modò. Ex eo cibo mox Jupiter ipse pro uxore gravidus factus, Palladem armatam e capite pepe- rit; subdit Natal. Comes, ibid. Jurè jam va- let Orpheus de Jove dicere: Mas & famina Jupiter: ipse est Omnia.

Felicitas or- bis Minervae natalis.

17 Ob partus celebritatem & partu- rientis consalium, coelum illa in die pluit auro, uti diximus, 3. Januar. n. 13. In Mi- nervae partum, & Bacchi, Claudianus affert pro allusione tactum Mida; ut cuncta nas- cerentur bona, nascente Minerva.

Fabula seu verum canitur? Tuae copia vincit Fontem Hermi, tactumque Mida, pluviasque Tonantis.

Claudian

Obscurat veteres, obscurabitque futuros Par donis armisque manus.

Cum illa nascitur Jovis.

Pluvia aureae pro Minervae optabili natali- tio, addidit Antiquitas, cum illa natum Ro- sariam. Ita Pinna in Eccl. 24. 18. Ab Eth- nicis astruitur ex Jovis capite nata. Mytho- logicè accipienda fabula, proprièque de- mente; cujus argumentum fusè illustrabi- tur in Mentis sacris, 8. Junij. Videtis inte- rum, Tom. 5. T. 3. a. n. 130. Ovid. d. asserit in

otium puerorum & puellarum instituta fe- stivitas natalitij. Cum enim ab illa & per illam cogitarent proprii unicuique muneris facultatem (ex qua fama) praestari; illam in- vocabant: pueri, ut fierent in eloquentia uti Cicero & Demosthenes, inclyti in foro: puellae, ut domi per telas celebrarentur Mi- nervae imitatrices, vel Araches adinstar cum ipsa Dea de textura contenderent. De pue- ris dixit Juvenal. d. a. v. 113. De puellis, Ovid. 6. Metamorphos. a. fab. 1. & Fastor. cit. a. v. 811.

Cur erat festum pue- rorum & puellarum?

Pallade placata, lanam molliore puella Discant, & plenas exonerare colos. Illa etiam stans radio percurrere telas Erudit, & raram pectine densat opus.

Ovid.

18 Hac de causa quinque dies quin- quatrium dicebantur Ferie Serrarum, sive An- cillarum: totoque tempore illis dominae ob- sequendo inserviebant; quarum a penso in- duciae concedebantur tanquam premium laborum in lana & lino ex texturis a Miner- va in studia foeminarum inventis, & quibus exercitationibus commendatae summe & jure matresfamilias, seu matronae, domus curam habentes. Non solum cultam Minervam ob sapientia studium; sed ob artium ab ea re- pertarum exercitationem. Ei namque nendi, suen- di, texendique accepta refertur, aliaque qua mulierum sunt propria. Itaque apud Graecos ea lignea erat efficta, ambabus manibus colum tra- ctans. Apud Romanos, quibusdam Minerva fe- stis Martij mensis celebratis, domina ancillis pran- dentibus inserviebant; hoc pra se ferentes, a Mi- nerva se emolumentum capere, quod ab ancillis per supradictas artes traherent; ancilla etiam hoc veluti premium a Dea se recipere fatebantur ob labores in artibus, ab ea reperitis toleratos. Hu- cusque Chartarius de Imagin. Deor. pag. 245. Iccirco ei dicata Noctua, quae no- ctu vigilat, pernoxque laborat: simul- que olea ut labori non parcens, nun- quam vel in nocte extinguitur lucerna ejus. Idem ibid. Gyrard. Syntagm. 11. n. 1. Pau- san. cap. 22. Alex. Neapolit. 3. cap. 12. Apollodor. 3. Biblioth. n. 28. & Phornut. de Natur. Deor. num. 19. Homer. Hymn. ad Vener.

Ferie an- cillarum.

Virginibusque eadem monstravit prima do- mi qua

Homer.

Munera convenient, animisque impressa no- tavit.

19 Haec prorsum Foeminarum studia, non virorum. Quicquid aliud, extra sexum, atque plerumque in scandalium. Scientiae con- gruit regimen & dominatio: foeminae regi- atque subijci. Non enim litteris utuntur ad

fa-

sapientiam, sed ad luxuriam: Juvenal. Sa- tyr. 6. v. 446.

Juvenal.

Non habeat matrona, tibi qua juncta recumbit Dicendi genus: historias non noverit oianes, &c.

Feminis incongrua scientia fa- cultativa.

Crisis est, in Historia Judic. Bonifac. Rhodigin. lib. 3. cap. 22. Eas tamen doctrinis nimium imbui, non oportet: nam praeterquam quod scientia tumida superbiere solent, & assiduà lectione imperare; isthaec in studijs exerci- tatio moribus & pudicitia non conducibilis. Adi Senecam ad Helv. cap. 16. & Sallustium in Catilin. pag. 38. Apprehendant amba- bus manibus colum & fufum. Ideo si- mulacrum Minervae fictum, cecidisse de caelo. Pausan. cap. 101. & Rhodigin. 14. cap. 18. Sic foemina ut Minervae simula- crum de caelo venit. Illa verè mulier in- clyta, quae quærit lanam & lino. Lanam cum colo & fuso Tanquilis, qua eadem Casa Caelia vocata est, in templo sangui. Plin. 8. cap. 48. dicemus latè 5. Jun. Mulier haud gloriola (ut pingitur à Virgilio, 7. Aeneid. v. 805.) Si

Virgil.

Non illa colo calathisque Minerva Femineas assuetæ manus.

20

Hinc puellarum feriae, alia ex causa quae puerorum. Hac in die Minervium ab his solvebatur praeeptibus, uti premium laboris: unde discipulis indulgebant per tota quinquatria ferulam suspendentes. Rhodig. 14. cap. 21. Gyrard. d. Varro, 13. de Re rustic. & Constant. in loc. cit. Ovid. Inter Athenienses solvebatur pretium 12. Novembr. in Festo Choes; uti videbimus. Simplex duntaxat erat, modo discipulus ru- dis in artis disciplinam sub magistro ingre- diebatur: verum si quicquam sub alio praeeptore didicerat; jurè duplex: quapropter Ismenias tiben discipulum adventantem interrogavit, an sub alio etiam praeeptore musicae operam dedisset? Illo annuente; du- plicem igitur, inquit, mercedem dabis: du- plex sanè mihi labor subeundus est, dedo- cendi vetera, atque docendi nova. Idem Isocrati contigit, dum loquaci discipulo, qui in oratoria erudiri cupiebat, dixit: Con- veniemus, modo duplex Minerval mihi praeeptoris: alterum, ut loqui; alterum, ut ta- cere discas. Bruson. lib. 2. cap. 23. & 6. cap. 6. Alijs confirmat Bonifac. Rhodig. d. lib. 1. cap. 35.

Quando duplex?

21 Imago Minervae hac in die armata exponitur, quasi Bellona, de qua 4. Jun. & ita primò apparuit apud paludem Tritoni- dem. Lucan. 9. Pharsal. v. 350. Hanc & Pallas amat; patrio qua vertice nata

Terrarum primam Libyen (nam proxima cae- lo est)

Lucan.

Tetigit.

Ea longa hasta & crystallino clypeo efficta, ut exprimit Chartar. d. pag. 239. Non aliter Ovid. loc. cit. Metamorph. tab. 2.

Imagines Minervae.

At sibi dat clypeum, dat acuta cuspidis ha- stam,

Ovid.

Dat galeam capiti, defenditur agide pectus. Idem asserit Gyrard. d. n. 1. A Pautania, d. cap. 22. dicitur, Athenis Minervae simula- crum esse, in cujus galeae cono sphinx emi- nebat: ad galeae latera gryphes, qui caput atque alas similes aquilae habent, caetera leo- nes repraesentant. Mythologia ingeniose proditur à Chartario, ubi supr. pag. 241. additque: Aegypti in Isis templo ad vestibulum (qua eadem erat ac Minerva) Sphingem collocarunt; licet id possit ad religionis arcana accommodari, qua sub sacris integumentis tegi debent, non sicut ac anigmat à Sphinge proposita. Plura in argumen- tum apud Kircher. Tom. 3. ad Tabul. Bembini- nam, seu Mensam Isiac. & Claud. Minoen in Alciat. Emblem. 137.

Minerva apud Aegy- ptios Isis.

Cum Sphinge.

22 Ex ipso Pausania aliam Minervae imaginem pra se fert Gyrardus, quo du- dum. Simulacrum (ait) ex auro & ebore con- stat; media ejus galea Sphingis species apposi- ta: stat veste podere; id est, ad talos demis- sa: Medusa capite in ejus pectore ebore inser- to: Victoria magnitudine quatuor cubitorum: in manu est hasta; ad pedes scutum javet; in- ra hastam draco; cui nonnulli noctuam addunt. Minerva, sicut Venus comitata Gratij, de- lectabatur belluis: quapropter Demosthe- nes relegatus à populo, porrectis manibus in Minervae arcem, exclamavit: O Domine! Quid bestijs tribus tererrimis delectaris, necdum, dracone & populo? Plutarch. in eo. Mytholo- gia nulla est, sed tropologicè, vel politicè exponitur simulacri forma à Bonifac. Rhodigin. d. lib. 16. cap. 15. Imitantur (inquit) Palladem viri Principes: ipsi quidem etiam de- lectantur monstris. Tunc tibi itaque viden- tur sapientes, dum celebrantur à tipu- lis; ludibrijs aulae. Non enim eminent inter cordatos, cum quibus apparet sumia, cogitata Minerva. Alibi alia Minervae ima- gines.

Alia imago ornata bestijs.

Imagines Minervae.

23 Inter Graecos ut supr. n. 12. quin- quatria dicebantur Panathenaea. Meurs. in Graec. feriat. cap. 4. de sacris & celebritate Pantheor. Agendum; 19. April. & 23. Jun. Inter Romanos hac in die Iustrabantur An- cilia; de quibus actum, die 1. n. 12. Men- se Martio Ancilia deprompta (inquit Alexand. ab Alex. lib. 1. cap. 26.) e Martis sacratio pro

Ancilia Iust- randa.